Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dimisit populos ad tabernacula sua letan
tes atque gaudentes super bono quod fe
cerat dominus Salomoni et Israel populo
suo. Conplevitque Salomon domum
domini et domum regis et omnia
que disposuerat in corde suo ut fa
ceret in domo domini et in domo su
a et prosperatus est. Apparuit autem ei
dominus nocte et ait. Audivi orati
onem tuam et elegi locum istum mi
chi in domum sacrificii. Si clausero celum
et pluvia non fluxerit et mandavero
et precepero locuste ut devoret terram et
misero pestilentiam in populum meum
et deprecatus me fuerit et exquisierit
faciem meam et egerit penitentiam a vi
is suis pessimis, ego exaudiam
de celo et propitius ero peccatis eorum et
sanabo terram eorum. Oculi eorum quoque
mei erunt aperti et aures mee erec
te ad orationem eius qui in loco is
to adoraverit. Elegi enim et sanctifica
vi locum istum ut sit nomen meum
ibi in sempiternum et permaneant
oculi mei et cor meum ibi cunctis
diebus. Tu quoque si ambulaveris
coram me sicut ambulavit David
pater tuus et feceris iuxta omnia
que precepi tibi et iusticias meas
iudiciaque servaveris, suscitabo thro
num regni tui sicut pollicitus
sum David patri tuo dicens. Non
auferetur de stirpe tua vir qui sit
princeps in Israel. Si autem aversi fu
eritis et dereliqueritis leges meas et
precepta mea que proposui vobis et
abeuntes servieritis diis alienis et
adoraveritis eos, evellam vos de ter
ra mea quam dedi vobis et domum
hanc quam edificavi nomini meo
proiciam a facie mea et tradam eam
in parabolam et in exemplum cunctis
populis. Et domus ista erit in prover
bium universis transeuntibus et di
cent stupentes. Quare fecit dominus
sic terre huic et domui huic? Responde
buntque. Quia dereliquerunt dominum deum
patrum suorum qui eduxit eos de terra
egypti et apprehenderunt deos alienos
et adoraverunt eos et coluerunt, idcirco
venerunt super eos universa hec mala.
Expletis autem VIII.
XX. annis postquam edificavit
Salomon domum domini et do
mum suam, civitates quas dederat
Hyram Salomoni edificavit et ha
bitare ibi fecit filios Israel. Abiit quoque
in Emath Suba et obtinuit eam et edi
ficavit Palmiram in deserto et alias
civitates munitissimas edificavit
in Emath. Extruxitque Bethoron super
iorem et Bethoron inferiorem civita
tes muratas habentes portas et seras
et vectes. Balaath etiam et omnes
urbes firmissimas que fuerunt Salo
monis cunctasque urbes quadrigarum
et urbes equitum. Omnia quecumque
voluit fecit rex Salomon atque dis
posuit edificavit in Ierusalem et in Li
bano et in universa terra potestatis
sue. Omnem populum qui derelictus
fuerat de Etheis et Amorreis et Pherez
eis et Eveis et Iebuseis qui non erant
de stirpe Israel de filiis eorum et de posteris
quos non interfecerant filii Israhel
subiugavit Salomon in tributarios
usque in diem hanc. Porro de filiis
Israel non posuit ut servirent operibus
regis. Ipsi enim erant viri bellator
es et duces et primi et principes quadri
garum et equitum eius. Omnes autem
principes exercitus regis Salomonis
fuerunt. CC.L^ta qui erudiebant populum.
Filiam vero Pharaonis transtulit de
civitate David in domum quam
edificaverat ei. Dixit enim rex. Non
habitabit uxor mea in domo David
regis Israel eo quod sanctificata sit quia ingressa
est in eam arca domini. Tunc obtulit
Salomon holocausta domino super al
tare domini quod extruxerat ante porticum
ut per singulos dies offerretur in eo.